

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Quâ formâ utendum, cùm dubium est utrum ille qui baptismum vult suscipere jam fuerit baptizatus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Baptismi. Cap. III. 67*

palis causa ex qua Baptismus virtutem habet,  
sit sancta Trinitas : instrumentalis autem sit  
Minister qui tradit exterius Sacramentum , si  
exprimitur aetus qui per ipsum exercetur mi-  
nistrum cum sancta Trinitatis invocatione,  
perficitur Sacramentum.

*Quæst. 2. Quanam forma utendum est cùm  
dubium est utrum ille qui Baptismum vult sus-  
cipere , jam fuerit baptizatus ?*

*Resp. Ut* *habet Innocentius III. relatus in*  
*Canone : De quibus dubium est , an baptizati* *Can. De qui-*  
*fuerint , baptizentur his verbis præmissis : Si* *bus. De Bap-*  
*baptizatus es , non te baptizo ; sed si nondum* *tismo.*  
*baptizatus es , ego te baptizo.*

*Quæst. 3. Quid agere debet Parochus in  
Baptismo puerorum , qui fuerunt expositi ?*

*Resp. Respondeo ex Divo Carolo : Infans* *D. Carol. A&c.*  
*expositus , si illum baptizatum esse non cons-* *p. 2. In Synodo*  
*titet , baptizetur , hæc tamen verborum formu-* *Diæces. 3. De-*  
*la. Si tu es baptizatus , ego non te baptizo ,* *creto II.*  
*& si nondum es baptizatus , ego te baptizo*  
*&c. Quod quidem probatur primò authori-*  
*tate Divi Gregorii relati in Canone , ubi ait :*  
*Parvulos qui à parentibus subtracti sunt , &* *Can. Parve-*  
*an baptizati sint ignorant , hos ut baptizare los. De Con-*  
*debeas secundum Patrum traditionem , si non* *scr. dist. 4.*  
*fuerit qui testificetur , ratio poscit.*

Secundò probatur ex Concilio Carthaginensi  
relato in Canone : Placuit, inquit Concilium,  
de infantibus , quoties non inveniuntur cer- *Can. Placuit.*  
tissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubi- *De Consecr.*  
tatione testentur , absque ullo scrupulo esse *dist. 4.*  
baptizandos.

Denique sanctus Leo , Leoni Episcopo Ra-  
vennati scribens ait : Cùm itaque Baptismi , *Can. Cum ita-*  
sui nihil recordatur qui regenerationis est cu- *que. De Con-*  
pidus , nec alter attestari de eo possit qui sciat *scr. dist. 4.*  
consecratum , nec ille qui consecratur ; scimus